[35]

Statuto sulla celebrazione della festa di santa Caterina, 1377

(Heinrich Denifle, *Die Statuten der Juristen-Universität Padua vom Jahre 1331*, «Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters», 6, 1892, p. 511-513)

Nos Iohannes de Ungaria, prepositus Strigoniensis, dominorum ultramontanorum famosi Studi Paduani rector, et nos Iacobus de Burgisellis de Fano, in iure canonico licenciatus, dominorum citramontanorum venerabilis Studii Paduani rector, universis et singulis venerabilibus doctoribus et scolaribus in dicto studio commorantibus salutem et debitum incrementum [...].

Idcirco, cum pre cunctis scolares scienciam erga Deum affectantes [...] ad cunctos sanctos ipsius et potissime sancte Katherine Christi sponse scolariumque patrone [...] specialem universalemque devocionem ac affeccionem gerere debeant et exhibere teneantur, requisito itaque premissorum intuitu et prius habito solempniter debito et uniformi consenxu universitatis eiusdem dominorum ultramontanorum et citramontanorum et consciliariorum ipsius, ordinamus, decernirnus ac statuendo disponimus atque mandamus et statuimus ut singulis annis festum prefate sancte Katherine ad ecclesiam ipsius positam in civitate Padue in porta Pontiscurvi in die quo eius festum celebratur, hora celebracionis missarum, [...] per universitatem processionaliter celebretur, secundum quod rectoribus videbitur, ita quod presbyter dicte ecclesie pro suo festo paret cereos et sufficientes et candelas cereas rectoribus, doctoribus et nobilibus, ceterisque scolaribus candelas, secundum quod ipsis rectoribus videbitur expedire, pro quibus teneatur quilibet rectorum, doctorum et scolarium solvere unum caralinum seu duos solidos valentes XXIIII[or] denarios parvorum. Et pro hoc expediendo conveniant in domo Domus Dei vel alibi, ut per rectores mandabitur. Et fieri possit dictum festum et debeat cum tubis et alis instrumentis vel sine eis, secundum quod rectoribus melius videbitur convenire. Et ut honorabilius et decencius celebretur, precipimus ut omnes doctores tam iuris canonici quam civilis ordinarie vel extraordinarie legentes seu quoquomodo legerint in nostro Studio nostreque universitatis scolares teneantur honorabiliter in dicto festo nostros sociare rectores, eundo et re-

deundo de loco in quo convenerint ad dictum festum, et ipsi rectores quemlibet dictorum doctorum pena quadraginta solidorum venetorum parvorum, et scolarium quemlibet qui sine iusta causa neglexerint pena decem solidorum venetorum parvorum punire debeant et infra decem dies penam exigant. Et hoc firmavit, statuit et roboravit nostra universitas non obstante aliquo statuto in contrarium disponente, et maxime statuto posito sub rubrica «De festivitatibus per universitatem cum cereis vel sine processionaliter honorandis», quod statutum voluit et statuit ex certa sciencia dicta universitas expresse in nullo obstare, non obstantibus aliquibus verbis derogatoris in eo positis [...]. Datum Padue in communi nostro auditorio universitatis predicte, a Nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo III^{0} LXXVII, indiccìone decimaquinta, die lune decimo sexto mensis novembris [...].

Noi Giovanni d'Ungheria, preposito di Esztergom, rettore degli studenti oltremontani del famoso Studio di Padova, e noi Giacomo Burgiselli da Fano, licenziato in diritto canonico, rettore degli studenti citramontani. A tutti e singoli i venerandi dottori e scolari residenti in detto Studio l'augurio di prosperità. [...] Pertanto, poiché più di tutti sono quegli studenti che mostrano scienza verso Dio [...] a dover esprimere e conservare speciale e generale devozione verso tutti i suoi santi e specialmente verso santa Caterina, sposa di Cristo e patrona degli studenti [...], avendo chiesto ed ottenuto secondo le norme il dovuto unanime consenso della nostra università degli scolari oltremontani e citramontani e dei consiglieri di essa, ordiniamo, decretiamo, disponiamo, comandiamo e stabiliamo che: ogni anno sia celebrata dall'università con una processione la festa di santa Caterina presso la chiesa dedicata alla stessa santa, posta in Padova nella zona di porta Pontecorvo, nel giorno della sua festa liturgica, all'ora della messa, [...] secondo quanto sembrerà opportuno agli stessi rettori. Il sacerdote di detta chiesa dovrà predisporre ceri e candele sufficienti per i rettori degli scolari, i dottori e i nobili e per gli altri scolari, come sembrerà opportuno ai rettori; a tale fine ciascun rettore, dottore e scolaro dovrà corrispondere un carlino o due soldi da 24 denari di moneta piccola. Si raccolgano nell'edificio della Ca' di Dio o altrove, come sarà ordinato dai rettori. Possa e debba farsi la festa con trombe e altri strumenti nusicali oppure senza, secondo quanto sembrerà opportuno ai rettori. Affinché la festa sia celebrata con maggior onore e decoro, ordiniamo che tutti i dottori, sia di diritto